ſuum de iis quæ ducebant choros quas rapuerāt: abieruntq́; & reuerſi ſunt in hæreditatem ſuam, ædificaueruntq́; ciuitates & habitarunt in eis. Abierunt quoque inde filij Iſrael in tempore illo, vnuſquiſque ad tribum ſuam & familiam ſuam: exierúntque inde quilibet ad hæreditatem ſuam. In diebus illis nō erat rex in Iſrael: ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.

Et ſic finitur liber Iudicum. Romæ die XXIII.
Iulij. M.D. XXXI.

THOMAE DE VIO CAIETANI, CARDINALIS SANCTI Xyſti, in librum Ruth annotationes.

... trans Iordanem vol
erat pars terræ promiſſionis qua
Miſitq́; tota congregatio & locuta eſt
petra Rimmon: & vocauit eos in pa
tempore illo, & dederunt eis mulieres
ribus Iabes Ghilhad. & non ſuffeceru
T*Otúſque Iſrael valde doluit, qui*
tribubus Iſrael. Dixerunq́; ſenior
mus reliquis qui nō acceperunt vxores
minæ conciderūt. Et dixerunt: opus e
runt de Biniamin, vt non deleatur v
poſſumus dare eis vxores de filiabus
diximus, maledictus qui dederit v
ſolennitas domini eſt in Silo

LIBER Ruth ſcriptus noſcitur ad texendā genealogiam Dauidis regis: & hiſtoria eſt tam clara vt expoſitione non egeat. Quædam tamen annotāda ſunt. Primum in capitulo primo quòd etiam mulierculæ ſciebant legem ſcriptam Deute. 25. de ſuſcitando ſemine fratris defuncti, intelligi de fratribus carnalib⁹ etiam vterinis; ... cè teſtantur verba Noëmi ad nurus ſuas, dicendo quòd ipſa eſt inepta ad generandum filios qui ſint mariti earum & cæt. Secundum in eodem capitulo quæſtiuncula non caret quomodo Noëmi hortata eſt Ruth poſt reuerſam alteram Nurum dicendo ecce reuerſa eſt fratria tua ad populum ſuum & ad Elohe ſuos, reuertere poſt eam. hæc enim exhortatio ſonat reuerſionem ad idolatriam: nam Moabitæ idolatræ erant. Solutio eſt quòd hoc interueniebat per accidens relatiuè ad intentionem Noëmi: ipſa ſiquidem nihil aliud intendebat niſi conſolationem nurus vt nuberet & quieſceret. vnde & non dixit reuertere ad Elohe tuos, ſed reuertere poſt fratriam tuam: quæ reuera amore

amore nuptiarum reuerſa fuerat. Tertium de diuinis nominibus dicendum eſſet, quia bis in hoc primo capitulo deus nominatur Sadai: niſi alias hoc idem nomen in libris Moſis tractaſſemus.

Demum in calce libri genealogia à Phares vſq; ad Dauidem ſcripta teſtatur libellum hunc ſcriptum fuiſſe non ſolùm poſt natum Dauidem ſed etiam poſtquā Dauid factus eſt rex. hoc enim inſinuatur ex hoc quòd ſolus Dauid hîc nominatur filius Iſai. Quis autem fuerit author libri huius neſcitur. Plura non occurrunt ſcribenda circa libellū hunc.

LIBRI RVTH CA. I.

E*T fuit in diebus quando iudicabant iudices, fuit fames in terra abiitq́; vir de Beth'lechem Iehudæ vt peregrinaretur in regione Moab, ipſe & vxor eius & duo liberi eius. Nomenq́; viri Elimelech, & nomē vxoris eius Nahomi, & nomen duorum filiorum eius Mach'lon & Chil'ion Eph'rathæi de Beth'lechem Iehudæ: ingreſſiq́; ſunt regionem Moab, & fuerūt ibi.*

Et mortuus eſt Elimelech vir Nahomi: & remanſit ipſa ac duo filij eius. Acceperuntq́; ſibi vxores Moabitidas, nomen vnius Horpa & nomen alterius Ruth: & manſerunt ibi circiter decem annos. Et mortui ſunt etiam ambo ipſi, Mach'lon & Chil'ion: remanſitq́; mulier orbata duobus liberis ac marito.

Surrexitq́; ipſa & nurus eius, & reuerſa eſt ex regione Moab: audierat enim in regione Moab quòd viſitaſſet dominus populū ſuū, dando eis panem. Et egreſſa eſt è loco in quo erat & duæ nurus eius cùm ea: abieruntq́; per viam redeundo ad terram Iehudæ. Dixitq́; Nahomi duabus nuribus ſuis: ite redite vnaquæq; in domum matris ſuæ, faciat dominus vobiſcum miſericordiam ſicut feciſtis cum mortuis & mecum. Det dominus vobis vt inueniatis requiem vnaquæq́; in domo viri ſui: & oſculata eſt eas, leuaueruntq́; vocem ſuam & fleuerunt. Dixeruntq́; ei: tecum pergemus ad populum tuum. Quibus illa reſpondit: reuertimini filiæ meæ, cur venitis mecum? num vltra habebo filios in vtero meo vt viros ex me ſperare poſsitis? Reuertimini filiæ meæ ite, iam enim nimis ſenui vt ſim viro: ſi dicerem eſt mihi ſpes, etiam ſi eſſem hac nocte cum viro & etiam parerem filios. an eos expectabitis donec creſcant? an ligabimini ab eſſe viris? non filiæ meæ quia amaritudo eſſet mihi valde magis quàm vobis, quia egreſſa eſt in me manus domini. Leuaueruntq́; vocem ſuam & rurſum fleuerunt: oſculatáque eſt Horpa ſocrum ſuam, Ruth verò adhæſit ei. Et dixit: ecce reuerſa eſt fratria tua ad

po-

populum ſuum & ad deos ſuos, reuertere poſt eam. Dixitq; Ruth, nõ roges me vt relinquã te vt recedam à te: quocunq; enim perrexeris, pergam & vbi morata fueris morabor: populus tuus populus meus & deus tuus deus meus. Vbi morieris moriar & ibi ſepeliar: ſic faciat dominus mihi & ſic addat vt ſola mors inter me & te faciet diuiſionem. Viditq; quòd indurata eſſet ad eundum ſecum, & ceſſauit loqui ad eam.

Et perrexerũt ambæ donec venirent in Beth'lechem: & fuit cũ ingreſſæ ſunt Bet'lechem, commota eſt tota ciuitas ſuper eas, & dixerunt an hæc eſt Nahomi? Quibus ait: ne vocetis me Nahomi (id eſt pulchram) vocate me mara (id eſt amaram) quia amaritudine repleuit omnipotens me valde. Ego plena abij, & vacuam reduxit me dominus: cur vocatis me Nahomi, quam dominus humiliauit & afflixit omnipotens? Et reuerſa eſt Nahomi & Ruth Moabitis nurus eius cum ea, reuerſa eſt ex regione Moab: & venerũt in Beth'lechem in principio meſſis hordeaceæ.

CAPVT II.

ERat autem Nahomi cognoſcens maritum eius, vir potens & magnarum opum de familia Elimelech, & nomẽ eius Bohaz. Dixitq; Ruth Moabitis ad Nahomi, ibo nunc in agrum & colligam ſpicas in agro illius in cuius oculis inuenero gratiam: & dixit ei, vade filia mea.

Abiit itaque & venit & collegit in agro poſt meſſores: acciditq; vt pars agri eſſet ipſius Bohaz qui erat de familia Elimelech. Et ecce Bohaz venit de Beth'lechem, dixitq; meſſoribus dominus vobiſcum: qui reſponderunt ei: benedicat tibi dominus. Dixitq; Bohaz puero ſuo qui præerat meſſoribus: cuius eſt puella hæc? Cui reſpondet puer: hæc eſt Moabitis quæ venit cũ Nahomi de regione Moab, & rogauit vt ſpicas colligeret poſt meſſores: & à manè vſq; nunc ſtat in agro, & nec ad momẽtum quidem domum reuerſa eſt. Et ait Bohaz ad Ruth: audi filia mea ne vadas in alium agrum ad colligendũ nec tranſeas ab hoc loco, ſed hic adhærebis puellis meis. Oculi tui erunt in agro quem meſſuerint, pergeſq; poſt eas: an non mandaui pueris vt non tangant te? & ſi ſitieris perge ad vaſa, & bibe de iis quæ hauſerint pueri.

Et cecidit in faciem ſuam & incuruauit ſe in terram: dixitq; ei, vnde inueni gratiam in oculis tuis vt cognoſceres me quæ ſum alienigena? Cui ille reſpondit, nunciata mihi ſunt omnia quæ feciſti ſocrui tuæ poſt mortem viri tui, & reliquiſti patrem tuum & matrẽ tuam & terram natiuitatis tuæ, & veniſti ad populum quem non nouiſti

ad heri & nudiuſtertius. Reddat tibi dominus pro opere tuo: & plenam mercedem recipias à domino deo Iſrael, ad quem veniſti & ſub cuius alas cõfugiſti. Et dixit: inueniam gratiam in oculis tuis domine mi, quia conſolatus es me & quia locutus es ad cor ancillæ tuæ, & ego non ero ſicut vna ancillarum tuarum? Dixitq; ei Bohaz: tempore cibi accede huc, & comede de pane, & intinge buccellam tuam in aceto: ſedit itaque ex latere meſſorum & porrexit ei polentam, comeditq; & ſaturata eſt & ſuperfluit. Surrexitq; ad colligendum: & præcepit Bohaz pueris ſuis dicendo, etiam inter manipulos colligat & non pudore afficiatis eam. Et etiam dimittendo dimittetis ei de manipulis: relinquetiſq; & colliget, & non increpabitis eam.

Et collegit in agro vſq; ad veſperam: excuſſitq; quod collegerat, & fuit circiter Epha hordeorum. Portauitq; & ingreſſa eſt ciuitatem, & vidit ſocrus eius quod collegerat: & protulit deditq; ei quod ſuperfuerat cibi de ſaturitate ſua. Dixitq; ei ſocrus eius, vbi collegiſti hodie & vbi operata es? ſit cognoſcens te benedictus & indicauit ſocrui ſuæ cum quo operata erat, & ait nomen viri cũ quo operata ſum hodie eſt Bohaz. Dixitq; Nahomi nurui ſuæ, benedictus ipſe domino qui non reliquit miſericordiam ſuam cum viuentibus nec cum mortuis: & ait ei Nahomi, coniũctus nobis eſt vir, de propinquis noſtris eſt. Dixitq; ei Ruth Moabitis: etiam dixit mihi, pueris qui ſunt mihi adhærebis donec compleuerint totam Meſſem quæ eſt mihi. Et ait Nahomi ad Ruth nurum ſuam: bonum eſt filia mea quòd exeas cum puellis eius, & non obuiabunt tibi in agro alio, Et adhæſit puellis Bohaz ad colligendum, donec finiretur Meſſis hordeorum & Meſſis frumentorum: reuerſaq; eſt ad ſocrum ſuam.

CAPVT III.

DIxitq; ei Nahomi ſocrus eius: filia mea nõnne queram tibi requiem vt bene ſit tibi? Bohaz iſte cui puellis in agro iũcta es propinquus noſter eſt: & in hac nocte areã hordei ventilat. Lauare igitur & vngere & induere veſtimentis tuis, ac deſcende in aream: non te videat vir donec eſum potumq; finierit. Quando autem ierit ad dormiendum, nota locũ in quo dormiet, & venies & diſcooperies à parte pedum eius & accumbes: ipſeq; indicabit tibi quid facias. Et dixit ad eam, omnia quæ dixeris mihi faciam.

Deſcenditq; in aream: & fecit iuxta omnia quæ præceperat ei ſocrus eius. Cumq; comediſſet Bohaz ac bibiſſet & factus eſſet hilarior, iſſetq; ad dormiendum in extremo aceruũ: venit abſcondite & diſco-

diſcooperuit à parte pedum & accubuit. Et fuit media nocte, expauit vir & inclinauit ſe: & ecce mulier dormiebat ad pedes eius. Et ait illi, quæ es? illaq; reſpondit, ego ſum Ruth ancilla tua, expande pallium tuum ſuper ancillam tuam quia propinquus es. Et dixit: benedicta tu domino filia mea, & priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti, quia non es ſecuta iuuenes ſiue pauperes ſiue diuites. Et nũc filia mea ne timeas, omnia quæ dixeris faciam tibi: ſcit enim tota ciuitas populi mei quòd vxor virtuoſa es. Nec abnuo me propinquũ, ſed eſt alius me propinquior, quieſce hac nocte, & facto mane ſi te voluerit propinquitatis iure retinere, bene retineat: ſi autem ille noluerit, ego ſuſcipiã te viuit dominus, dormi vſque mane. Dormiuit itaque ad pedes eius vſque mane, ſurrexitq; antequam homines cognoſcerent ſe mutuo: & dixit, non ſciatur quòd venerit mulier ad aream. Et dixit, affer linteum quod eſt ſuper te & tene illud, & tenuit illud: menſusq; eſt ſex hordei menſuras & poſuit ſuper eam: & ingreſſa eſt ciuitatem.

Et venit ad ſocrum ſuam, quæ dixit ei, quid egiſti filia mea? narrauitq; ei omnia quæ ſibi fecerat vir. Et ait, ſex hordei menſuras has dedit mihi: dixit enim mihi non reuerteris vacua ad ſocrum tuam. Dixitq;: expecta filia donec cognoſcas quem exitum res habeat, quia non quieſcet vir donec compleuerit rem hodie.

CAPVT IIII.

A Scenditq; Bohaz ad portam & ſedit ibi, & ecce propinquus tranſiens de quo locutus fuerat Bohaz, & dixit declina, ſede hic talis vidua: qui declinauit & ſedit. Tulitq; decem viros de ſenioribus ciuitatis, & dixit ſedete hic & ſederũt. Et dixit propinquo: partem agri quæ erat fratris noſtri Elimelech vendidit Nahomi quæ reuerſa eſt de regione Moab. Egoq; dixi, aperiam aurem tuam dicendo, acquire coram habitatoribus & coram ſenioribus populi mei: ſi vis eſſe propinquus eſto propinquus, & ſi nõ vis eſſe propinquus indica mihi, & ſciam quòd non eſt præter te vt ſit propinquus & ego ſum poſt te. & dixit, ego propinquus ero. Et dixit Bohaz: in die qua acquiſieris agrũ de manu Nahomi, Ruth quoque Moabitidem vxorem defuncti acquires ad ſuſcitandum nomen defuncti in hæreditate eius. Dixitq; propinquus: nõ poſſum eſſe propinquus, ne deleam hæreditatẽ meam, ſis tu propinquus propinquitate mea quia non poſſum eſſe propinquus. Hoc autem erat antiquitus in Iſrael in propinquitatis ceſſione ad confirmandam totam rem, ſoluebat vir calciamentum ſuum & dabat proximo ſuo: & hoc erat teſtimonium in Iſrael. Dixitq; propinquus ad Bohaz, acquire tibi

tibi, & ſoluit calciamentum ſuum.

Et dixit Bohaz ad ſeniores & totum populum: teſtes eſtis hodie
quòd acquiſiui omnia quæ erant Elimelech & omnia quæ erant
Chilion & Machlon, de manu Nah... Et etiam R... ita q; de...
dem vxorem Machlon acquiſiui mi... ſed auguſtus, ab augmento
nomen defuncti in hæreditate eius... et hic ſenſus literalis videtur. mi-
cti à fratribus eius & à porta l... deſcriptã patriã cum tot circũſtã-
totus populus qui erat in port... enus nõ breui genealogia, ſubiunctũ
mulierem quæ ingreditur do... cognomen: ſed optimè quadrat vt eximia
quæ ædificauerunt d... iuncta ſit. elige tamen quod vis. Et e... erãt du
& celebre nomen... nius Channa & nomen ſecundæ Peninna: erántq;
rez, quem peper... Channæ autem non erant liberi.
nus tibi de puella... et vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus. Iuxta He-
Tulitq; Boha... etur. annuatim ad adorãdum & ſacrificandum. Et ſic
& dedit ei do... catur quòd pluries in anno, ſed duntaxat quòd an-
res ad Naho... ſcendebat ad duo officia exhibenda Deo: videlicet
pinquum h... & ſacrificare. Dico autem & ſic, quia apud Hebræos
quieſcendu... eſt ſenſus ad ſingulos annos vel ad ſingula tempora:
tua quæ di... de tempore in tempus. & ſic litera ſon... quòd r
Cepitq; N... ſingulis ibat Elcana in Silo: non enim... & fuit ... n
nutricem. E... tẽpus magis quàm ali... o natus eſt filius
Nahomi: vocaue... ſecundum l... ed, ipſe eſt pater Iſai patris
Dauid.

ET hæ ſunt generationes Perez: Perez genuit Chezron. Chezron autem genuit Ram: & Ram genuit Hamminadab. Hamminadab autem genuit Nachſon: & Nachſon genuit Salman. Salman autem genuit Bohaz: & Bohaz genuit Hobed. Hobed autem genuit Iſai: & Iſai genuit Dauidem.

THO-